Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

in mundi, et scias quid comedere
et quid respuere debeatis.

Capitulum Duodecimum

Locutus est dominus ad moi-
sen dicens: Loquere
filiis israel et dices ad eos: Mu-
lier si suscepto semine pepererit
masculum, immunda erit vii die-
bus iuxta dies separacionis men-
strue, et die octavo circumcidetur
infantulus, ipsa vero xxxiii
diebus manebit in sanguine
purificacionis sue. Omne sanctum
non tanget, nec ingredietur
sanctuarium donec impleantur
dies purgacionis eius. Si in-
autem feminam pepererit immunda
erit duabus ebdomadibus iuxta
ritum fluxus menstrui et lxvi
diebus manebit in sanguine
purificacionis sue. Cumque ex-
pleti fuerint dies purgacionis
eius, pro filio sive pro filia de-
feret agnum anniculum in holo-
caustum, et pullum columbe sive
turturem pro peccato ad ostium taberna-
culi testimonii, et tradet sacer-
doti qui offeret illa coram domino
et rogabit pro ea, et sic munda-
bitur a profluvio sanguinis sui.
Ista est lex parientis mascu-
lum aut feminam. Quod si non
invenerit manus eius, nec
potuerit offerre agnum, sumet
duos turtures, aut duos pul-
los columbe, unum in holocaustum
et alterum pro peccato, orabitque pro
ea sacerdos et sic mundabitur.

Capitulum Tredecimum

Locutus dominus ad moy-
sen dicens: Homo in
cuius carne et cute ortus
fuerit diversus color, sive pustu-
la aut quasi lucens quippiam, id est
plaga lepre adducetur ad aaron
sacerdotem vel ad unum quem-
libet filiorum eius. Qui cum vi-
derit lepram in cute, et [struck through]
in album mutatos
colores, ipsamque speciem lepre
humiliorem cute, et carne re-
liqua plaga lepre est, et
ad arbitrium eius separabitur.
Sin autem lucens candor fuerit
in cute, nec humilior carne
reliqua et pili coloris pris-
tini, recludet eum sacerdos
vii diebus, et considerabit die
vii°, et siquidem lepra non
creverit ultra nec transierit
in cute, priores terminos rursum
includet vii diebus aliis, et
die vii° contemplabitur, si ob-
scurior fuerit lepra, et non
creverit in cute mundabit eum,
quia scabies est. Lavabitque homo
vestimenta sua, et mundus erit.
Quod si postquam a sacerdote vi-
sus est et redditus mundicie
iterum lepra creverit adducetur
ad eum, et immundicie condem-
nabitur. Plaga lepre si fuerit
in homine, adducetur ad sacerdotem
et videbit eum. Cumque color
albus in cute fuerit, et capillorum
mutaverit aspectum, ipsa quoque
caro viva apparuerit, lepra
vetustissima iudicabitur atque
in cuti. Contaminabit itaque
eum sacerdos et non recludet
quia perspicue immundicie est. Sin
autem effloruerit discurrens
lepra in cute et operuerit omnem
carnem a capite usque ad pe-
des, quidquid sub aspectu o-
culorum cadit, considerabit eum
sacerdos, et teneri lepra mundis-
sima iudicabit, eo quod omnis